Capitulum. Vii. Quod dupliciter peccant infipientes. Et quod avaritia sibi optatu religionis colit pualere: rone: traditoe maioru & qui fuerint maiores: quoque auctoritas preiudicat ueritati.

d Vplici g rone peccat ab infipientib⁹. Primu quod elemeta idest dei opera deo pferunt. Deinde quod elementoꝝ iporu; figuras huana specie comprehensas colunt. Na solis luneque simulachra huana in modu formant. Item ignis & terre & maris que illi Vulcanu: uesta: Neptunu uocant: nec elemetis ipis in aperto litant. Tanta hoies imaginu cupiditas tenet: ut ia uiliora dicant illa que uera sunt: auro s. gemmis & ebore delectantur. Hoꝝ pulchritudo & nitor pstrigit oculos: nec ulla religionem putant: ubicuque illa non fulserit. Itaque sibi optatu deoꝝ avaricia & cupiditas colit. Credunt enim deos amare quicquid ipsi concupiscunt: quicquid est propter quod furta: & latrocinia: & homicidia quotidie sequuntur: propter quod bella per totu orbem populos urbescque subuertunt. Consecrant ergo diis manubias & rapinas suas: quos certe necesse est imbecilles esse: ac summe uirtutis expertes: si subiecti sunt cupiditatibus. Cur enim celestes eos putemus: si desiderant aliquid de terra? Vel beatos: si aliqua re indigent? Vel incorruptos: si uoluptati habent ea: in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? Veniunt igitur ad deos: non tam religionis gratia: que nulla potest esse in rebus male partis & corruptibilibus: que ut aurum oculis hauriant: nitorem leuigati marmoris aut eboris aspiciant: ut insignes lapillos & coloribus uestes: uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa & pulchriora simulachra: tanto plus maiestatis habere credantur: adeo religio eorum nihil aliud est: que quod cupiditas huana miratur. He sunt religiones quas sibi a maioribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere perseuerant: nec considerant quales sint: sed ex hoc probatas atque ueras esse confidunt: quod eas ueteres tradiderunt: tantaque est auctoritas uetustatis: ut inquirere in eam scelus esse dicant. Itaque credit ei passim tanquam cognite ueritati. Denique apud Cicerone sic dicit Cotta Lucillio. Hebes Balbe: quod Cotta: quod pontifex sentiat: fac nunc ego intelligam: quid tu sentias: a te enim philosopho rationem religionis accipere debeo. Maioribus aut nostris etiam nulla rone reddita rationis est credere. Si credis cur

ergo rationē requiris quę pōt efficere ne credas! Si rōnē requiris
& quęrendā putas: g̃ nō credis! Ideo enī q̃ris ut eā seq̃ris cū inue
neris: docet te ecce rō: nō eē ueras religiones deoz̃ qd̃ facies! Ma
iores ne poti⁹ an rationē sequeris! Quę qd̃ tibi nō ab alio īnu
ata: sed a te ipso īuēta & electa ē: cū oēs religiōes radicit⁹ eruisi.
Si rōnem maius: discedere te necesse ē ab īstitutis & auctoritate
maiorū: quoniā id solum rectum est quod ratio p̃scribit. Si
autē pietas maiores sequi suadet: fatere igitur & stultos illos fu
isse: qui excogitatis contra rationem religionibus seruiunt & te
ineptum qui id colas quod falsū esse cōuinceris. Sed tamen qm̃
nobis tantopere maiorū nomen opponitur: uideamus tamē qui
fuerint maiores illi a quorum auctoritate discedi nefas dicitur.
Romulus urbem cōditurus: pastores inter quos adoleuerat con
uocauit: cūq; is numerus cōdendę urbi parum idoneus uideret:
constituit a sylum. Eo passim confugerūt: ex finitimis locis pessī
mi quiq; sine ullo cōditōis discrimine ita cōflauit: ex his oībus
populū legitq; ī senatum eos: q̃ etate anteibant: & patres appella
uit: quorum cōsilio gereret oīa: de quo senatu Proptius elegiaz̃
scriptor hęc loq̃tur. Buccina cogebat priscos ad uerba quirites.
Centū illi in prato sepe senatus erat: Curia p̃tecto nunc q̃ nitet
alta senatu: Pellitos habuit rustica corda patres. Hi sunt patres
quorū decretis eruditi ac prudētes uiri deuotissime seruibant:
idq; uez̃ ac īmutabile omnis posteritas iudicet: q̃ centum pelliti
senes senatū esse uoluerūt: quos tamen (ut in primo libro dictū
est) Pompilius illexit ut uera crederent esse sacra: quę ipse trade
bat. Est uero q̃ illorum auctoritas tanti habeat a posteris: quos
nemo cū uiueret neq; sūm⁹ neq; īsim⁹ affinitate dignos iudicauit

Capitulū. Viii. Quod ratione poti⁹ īnitendū ē: & quę mi
racula scripta sunt ad confirmationem erroris multorum.

Vare oportet in ea re eē maxīe in qua uite ratio uersat sibi
quęq; cōfidere: suoq; iudicio ac ppriis sensib⁹ niti ad inue
stigādā & p̃pendendā ueritatē: q̃ credentem alienis errorib⁹ de
cipi tanq̃ ipm̃ rationis exptem: dedit oībus deus p̃ uirili portio
ne sapientiam: ut & inaudita inuestigare possent & audita p̃pen
dere. Nec q̃ nos illi temporibus antecesserunt. Sapientia quoq;
e 5.

añcesserunt: quę si oĩbus equalit̃ datur occupari ab añcedentib⁹
nō pōt: illibabilis ē tāq̃ lux & claritas solis: q̃ ut sol oculoꝝ: sic
sapiētia lumē ē cordis hūani. Quare cū sapē: id est ueritatē q̃rere
oĩb⁹ sit inatū sapiētia: sibi adimūt: q̃ sine ullo iudicio iuēta ma
iorū pbāt: & ab aliis pecudū more ducūt: sed h̃ fallit q̃ maiorū
noīe posito nō putāt fieri posse ut aut ipi plus sapiāt: q̃ minores
uocāt: aut illi delipuerit: q̃ maiores noīant. Quid ḡ ipedit quin
ab ipsis sumam⁹ exēplū. Aut quō illi qui falsa iuenerāt posteris
tradiderūt: sic nos q̃ ueꝝ iuenum⁹ posteris meliora tradam⁹. Sup
est ingens q̃stio cui⁹ disputatō nō ab ingenio sed a sciētia uenit:
quę plurib⁹ explicāda erit: ne qd̃ dubiū omnino reliquat. Nam
fortasse aliquis ad eā cōfugiat: q̃ a multis et nō dubiis traduntur
auctoribus eos ipsos quos docuimus deos nō eē: maiestate; suā
per sepe ostendisse: & pdigijs: & somnijs: augurijs: & oraculis:
& sane m̃ta enumerari possunt digna miracula. Imprimis illud
quod Actius Nauius sumus augur cū Tarquiniū Priscū cōmo
neret: ut nihil noui facere iciperet nisi prius esset inaugurat⁹: eiq̃
Rex artis eius eleuans fidem diceret ut consultis auib⁹ renūcia
ret sibi: utrū ne fieri posset id qd̃ ipē aīo cōcepisset affirmaretq̃
Nauius posse. Cape igit̃ hāc inq̃ cotem eamq̃ nouacula disijce:
at ille incunctāter accepit ac secuit. Deinde illud quod Castor &
Pollux bello latino apud lacum Iturnę uisi sūt equoꝝ sudoreꝝ
abluentes cum q̃des eoꝝ: quę iuncta fonti erat iua sponte patuif
set. Idem bello macedonico equis albis iniidētes Publio Vatie
no romam nocte uenienti se obtulisse dicuntur: nūciātes eo die
regem Persen uictum atq̃ captū: quod paucis post dieb⁹ litterę
Pauli ueꝝ fuisse docuerūt. Illud etiā mirabile q̃ simulacrū for
tunę muliebri non semel locutū esse tradit. Itē Iunonis monetę
cum captis ueijs unus ex militibus ad eam transferendam missus
iocabūdu: ac ludens interrogaret utrū ne romā migrare uellet.
Respondit uelle: Claudia quoq̃ proponitur in exemplo mira
culi. Nam cū ex libris sibyllinis idēa mater eēt accita & in uado
tiberini fluminis nauis in qua uehebatur hęsisset: nec ullo modo
aut ulla ui commoueretur: Claudiam ferunt quę semp̃ impudi
ca esset habita ob nimios corporis cultus deam sbmissis genib⁹
orasse: ut si se castam iudicaret suum cingulum sequeretur. Ita
nauī quę ab omni iuuetute non ualuit cōmoueri ab una muliere

esse commotam. Illud etque mirum quod Luce seuiente Aesculapius
Epidauro accitus urbem romam diuturna pestilentia liberasse prohibe-
tur. Sacrilegi quoque numerari possunt: quorum praesertim poenis iniu-
riam suam dii iudicasse creduntur. Appius Claudius censor cum ad-
uersus responsum ad seruos publicos sacra Herculis abstulisset: lu-
minibus orbatus est. Et potitiorum gens quae perdidit intra unius anni tem-
pus extincta est. Item censor Fulvius cum ex Iunonis lacinae templo
marmoreas tegulas abstulisset: quibus deus eadem fortunae equistris quae
romae fecerat tegeter et mente captus est. Et amissis duobus filiis in illi-
rico militatibus iunio animi merore consumptus est. Praefectus etiam
M. Antonius Turullius cum apud choos euerso Aesculapii luco
classem fecisset: eodem postea luco a militibus Caesaris est interfectus.
His exemplis adiungitur Pirrhus: qui sublata ex thesauro Proser-
pinae locresis pecunia naufragium fecit a uicinis deus littoribus illi-
sus est: ut nihil praeter eam pecuniam incolumem reperiretur. Ceres
quoque Milesia multum sibi apud homines uenerationis adiecit.
Nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset: ac milites ad eam poli-
andam irrumpissent omnium oculos repente obiectus fulgor
ignis extinxit. Reperiuntur etiam somnia quae uim deorum uideantur
ostendere. Tiberio namque Attinio homini plebeio qui per getem
obuersatus esse Iupiter dicitur: et praecipisse ut consulibus et sena-
tui nunciaret ludis circensibus proximis praesultorem sibi diiplicuisse
quod Antronius maximus quidam diuerberatum seruum sub furca medio
circo ad supplicium duxerat: ideoque ludos instaurari oportere: quod
cum ille neglexisset eodem die filium perdidisse: ipse autem graui morbo
esse correptus. Et cum rursus eandem imagine cerneret querentem
satis ne poenarum pro neglecto imperio pependisset lectica delatus
ad consules: et omni re in senatu exposita recepisse corporis fir-
mitatem: suisque pedibus domum rediisse. Illud quoque somnium non
minoris admirationis fuit: quo Caesar Augustus dicitur esse seruat.
Nam cum bello ciuili brutiano implicitus graui morbo abstinere
proelio statuisset medico eius Artorio mineruae species obserua-
ta est: monens ne propter corporis imbecillitatem castris se contineret
Caesar. Itaque in acie lectica platus est. Eodem die a Bruto castra ca-
pta sunt. Multa praeterea exempla similia possunt perferri: sed uereor
ne si fuero in propositione rerum contraria diutius immoratus: aut obli-
tus esse propositi uidear: aut crimen loquacitatis incurram.

Capitulū. ix. Quod p̄ inuidiā diaboli intrauit mors & pul-
lulant radices errorum. Et q̄ deus ipse natura est qui materiam
primordiale & omnia fecit ex nihilo.

Xponā igit̄ oīum istoꝝ rōnem quo facili⁹ res difficiles &
obscure itelligant̄: & has oēs simulati numinis p̄stigias re-
uelabo: q̄b⁹ iducti hoīes a ueritatis uia lōgius recesserunt: sed re-
petā lōge lati⁹ ut si q̄s ad legēdū expers ueri & ignar⁹ accesserit.
Instituaf atq; intelligat q̄ tādē sit caput hoꝝ: & cā maloꝝ: & lu-
mine accepto suos ac toti⁹ generis hūani p̄spiciat errores. Sicut
mater sine exemplo genuit auctore suum: sic ineffabili p̄ genuif
se credēdus ē coeternū. De matre nat⁹ ē: q̄ añ iam fuit de patre q̄
aliquando non fuit: hoc fides credat: intelligentia non requirat.
Ne autem non inuentum putet incredibile: aut repertum nō cre-
dat singulare. Cum esset deus ad excogitandum prudētissimus
ad faciendum solertissimus anteq̄ ordiretur hoc opus mundi:
quoniā pleni & cōsūmati boni fons in ip̄o erat: sicut est semper
ut ab eo bono tāq̄ riuus oriretur: lōgeq; p̄flueret p̄duxit simile;
sui spiritus qui esset uirtutibus dei patris p̄deditus. Quomodo
autem id uoluerit: in quarto docere conabimur libro. Deinde fe-
cit alterum in quo idoles diuine stirpis nō p̄mansit. Itaq; suapte
inuidia tanq̄ ueneno infectus est: & ex bono ad malū t̄nscendit:
suoq; arbitrio quod a deo illi liberu; datum fuerat contrarium
sibi nomen asciuit. Vnde apparet cunctorum malorum fontem
esse liuorem. Inuidit enim illi antecessori suo: qui deo patri per-
seuerando tum cōprobatu; etiam & carus est. Hunc ergo ex bo-
no p̄ se malū effectū gr̄eci διαβόλον. i. diabolū appellāt: nos
criminatorē uocamus: q̄ crimina in q̄ ipse illicit ad deū; deferat.
Exorsus igitur deus fabricam mundi illum primu; & maximū
filium p̄fecit operi uniuerso: eoq; simul & consiliatore usus ē:
& artifice in excogitandis: ornandis: p̄ficiēdisq; rebus: quonia;
is & prudētia: et p̄uidētia: & ratione: & potestate p̄fectus est: de
quo nūc partius q̄ alio loco: & uirtus: & nomē eius: & ratio ine-
narrāda nobis erit. Nemo querat ex q̄b⁹ ista materijs: tā magna:
tam mirifica opera de⁹ fecerit. Omnia enim fecit ex nihilo: Nec
audiendi sunt poetē; qui aiunt chaos in principio fuisse: idest cō-
fusione rerum atq; elemētorum. Postea uero deum dirimisse

omnē illā cōgeriē: singulisq; reb⁹ ex cōfuso aceruo sepati i ordi-
nemq; descriptis iſtruxiſſe mūdū pariē & ornasse: qb⁹ facile est
rñdere ptātē dei nō itelligentib⁹: quē credūt nihil effiçē posse ni-
ſi ex mā ſbiacente ac parata: in q̄ errore etiā pbi fuerūt. Nā Cice-
ro de natura deoȳ diſputās ait ſic. Primū igit nō eſt pbabile eaz
materiā rerum: unde orta ſunt omnia eē diuina puidētia effectā:
ſed habere & habuiſſe uim: & naturam ſuaz: ut igitur faber cum
quid ēdificaturus eſt: non ipſe facit materiā: ſed ea utitur quē
ſit parata fictorq; ita cera. Sic iſti, puidētiē diuinę materiāz p̄-
ſto eſſe oportuit nūquā ipſe faceret: ſed quam haberet paratam
q; ſi non eſt a deo materiā facta: ne terra quidem: & aqua: & aer:
& ignis a deo factus eſt. O q̄ multa ſunt uicia i hiſ decē uerſib⁹.
Primum q; iſ qui in aliis diſputationibus & libris fere omnibus
puidētiē fuerit aſſertor: & qui acerrimis argumentis impugna-
uerit eos: qui prouidentiam non eſſe dixerunt. Idem nunc quaſi
proditor aliquis aut transfuga prouidentiam conatus eſt tollē:
in quo ſi contradicere uelis: nec cogitatione opus eſt: nec labore
ſua illi dicta recitanda ſunt. Nec enim ab ullo poterit Cicero q̄
a Cicerone uehementius refutari. Sed concedamus hoc mori &
iſtituto academicorum: ut liceat hominibus ualde liberis di-
cere ac ſentire quē uelint: ſententias ipſius conſideremus. Nō eſt
inquit pbabile materiā rerum a deo factā. Quibus hoc argu-
mentis probes! Nihil enī dixiſti quare hoc non ſit pbabile. Itaq;
mibi e contrario uel maxime probabile uidetur: nec tamen temē
uidetur cogitanti plus eſſe aliquid in deo: quem profecto ad im-
becillitatem hominis redigiſ: cui nihil aliud q̄ opificiū cōcediſ.
Quomodo igitur ab homīe diuina illa uis differret: ſi ut homo
ſic etiam deus ope indigeat aliena! Indiget autem ſi nihil moliri
poſteſt: niſi ab altero illi materiā miniſtretur: quod ſi ſit imperfe-
ctę utiq; uirtutiſ eſt: & erit iam potentior iudicandus materię in-
ſtitutor. Quo igitur nomine appellabitur qui potentia deuz̄ uin-
cit! Siquide; maiuſ eſt propria facere: q̄ aliena diſponere. Si autē
fieri non poſteſt ut ſit potentiuſ deo quicq;: quē neceſſe eſt p̄fectę
eſſe uirtutiſ poteſtatiſ rationiſ. Idem igitur materię fictor eſt:
qui & rerum ex materiā conſtantium (neq; enim deo non faciēte
& inuito) eſſe aliquid: aut potuit aut debuit. Sed probabile eſt
inquit materiā rerum & habere & habuiſſe uim & naturā ſuā

quā uim potuit habere nullo dante: quā naturā nullo generante .
Si habuit uim: ab aliquo eā assūpfit. A quo autē sumē nisi a deo
potuit. Si habuit nām q̄ utiq; a nascēdo dicit: nata ē: a quo autē;
nisi a deo potuit pcreari. Natura enī qua dicitis orta eē oīa si cō-
filiū nō habet: efficē nihil pōt. Si autē ḡandi aut faciēdi potēs ē:
habet ḡ cōfiliū: & p̄pterea deus sit necesse est. Nec alio nomine
appellari pōt ea uis: in qua inest & p̄uidētia excogitādi & soler-
tia potestatisq; faciēdi. Meli⁹ igit̄ Seneca omniū; stoicoꝝ acutissi-
mus: q̄ uidet nil aliud eē nām q̄ deum. Ergo inquit deū non lau-
damus: cui naturalis est uirtus: nec illam didicit ex ullo: imo lau-
dabimus: quāuis enim naturalis illi sit: sibi illam dedit: quonia;
deus ipsa natura est. Cum igitur ortum rerum tribus naturę: ac
detrabis deo in eodem luto hęsitans uersuram soluis. A quo .n.
fieri negas: ab eodem plane fieri mutato nomine confiteris. Seq-
tur ineptissima comparatio: ut enī faber inquit cum quid ēdifica-
turus est: non ipse facit materiam: sed utitur ea quę sit parata: fi-
ctorq; item cera. Sic isti prouidentię diuinę materiam esse p̄sto
oportuit: nō quā ipse faceret: sed quam haberet paratam: immo
uero non oportuit. Erit enim deus minoris potestatis si ex para-
to facit quod est hominis. Faber enim sine ligno nihil ēdificabit
quia lignum ipsum facere non potest. Non posse autem imbecil-
litas est humanę: deus uero facit sibi ipse materiam: quia potest.
Posse enim dei est: nam si non potest: deus non est. Homo facit
ex eo quod est: q̄ per mortalitatē ibecillis est: per imbecillitatem
definitę ac modicę potestatis. Deus autē fecit ex eo qd' non est: q̄
per ęternitatem fortis est: per fortitudinem potestatis immensę:
quę sine ac modo caret sicut uita factoris. Quid ergo mirum si
facturus mundum deus: prius materiam de qua faceret p̄pauit
ex eo quod non erat: quia nefas esset deum aliunde aliquid mu-
tuari: cum in ipso uel ex ipso sint omnia. Nam si est aliquid añ
illum factum: & quicq; non ab illo factum est: potestatem dei et
nomen amittet. At enim materia nunquam facta ē sicut deus qui
ex materia fecit hūc mundum. Duo igitur constituuntur ęterna:
& quidem inter se contraria: quod fieri sine discordia & perni-
cie non pōt. Collidant enim necesse ē ea: quorum uis & ratio di-
uersa ē: sic utraq; ęterna esse non poterunt: si repugnant: q̄ sup̄a-
re alterum necesse est: ergo fieri nō potest: quin ęterni natura sit

simplex: ut i de oia uelut ex fonte descēderit . Itaq; aut de⁹ ex mā
ortus ē: aut mā ex deo. Quid hoꝝ sit ueri⁹ facile est intelligi. Ex
his enī duob⁹ alteꝝ sensibile ē: alteꝝ caret sensu. Ptās faciendi ali
qd nō pōt esse nisi in eo qd sentit: qd sapit: qd cogitat: qd moue
tur. Nec incipi aut fieri aut consūmari quicq̄ pōt: nisi fuerit rōne
pꝛeuisus. Et quēadmodum fiat anteq̄ est: aut quēadmodum con
stet postq̄ fuerit effectum. Deniq; is facit aliquid qui habet uolū
tatem ad faciendum: & manus ad id quod uoluit implendum .
Quod autem insensibile est: iners & torpidū semper iacet: nihil
inde oriri pōt: ubi nullus est motus uoluntarius . Nam si omne
animal ratione constat: certe nasci ex eo non pōt: quod ratione p̄
ditum nō est: nec aliunde accipi potest id: quod ibi unde petitur
non est. Nec tamē commoueat aliquem: q̄ animalia quēdam de
terra nasci uidentur. Hęc enim nō terra per se gignit: sed spirit⁹
dei sine quo nihil gignitur. Non ergo deus ex materia: quia sen
su pꝛeditum ex insensibili: sapiens ex bruto : impatibile de pati
bili: expers corporis de corporali nūq̄ potest oriri: sed materia
potius ex deo est . Quicquid enī est solido & contractabili cor
pore: accepit externa; uim: quod accepit uim dissolubile est: qd
dissoluitur interibit: quod interit ortum sit necesse est . Quod
ortum est habuit fontem unde oriretur: id est factorem aliquem
sentientem: prouidum: peritumque faciendi: is est profecto nec
ullus alius q̄ deus. Qui quoniam sensu: ratione: prouidentia: po
testate: uirtute pꝛeditus est: & animantia & inanimata creare &
efficere pōt: quia tenet quomodo quicq; sit faciendum. Materia
uero semp fuisse nō pōt: quia mutationē non caperet: si fuisset .
Quod enim semper fuit: semper esse nō definit: & unde abfuit
p̄ncipiū abesse hinc etiā finē necesse est. Quinetia; facilius est ut
id quod habuit initium sine careat: q̄ ut habeat finē: quod initio
caruit. Materia ergo si facta non est: nec fieri ex ea quicq̄ potest .
Si fieri ex ea non potest: nec materia quidem erit. Materia enim
est ex qua fit aliquid. Omne autem ex quo fit: quia recipit opifi
cis manum destruitur: & aliud esse incipit. Ergo quoniam fine;
habuit materia: tum cu; factus est ex ea mundus: & initiū quoq;
habuit. Nā quod destruitur: edificatū est: qd soluit: alligatum :
quod finitur: incoeptū est. Si ergo ex commutatione ac fine ma
teria colligit habuisse p̄ncipiū: a quo alio fieri nisi a deo potuit?

Solus igitur deus est qui factus non est: & idcirco destruere alia potest ipse destrui non potest: permanebit semper in eo quod fuit: quia non est aliunde generatus: nec ortus: nec natiuitas eius ex aliqua re alia pendet: quam illud mutata dissoluat. Ex seipso est ut in primo diximus libro. Et ideo talis est quale; se esse uoluit impassibilis: immutabilis: incorruptus: beatus: eternus. Iam uero illa conclusio quam sententiam terminauit Tullius multo absurdior: quam si mater inquit a deo non est facta: nec terra quidem: & aqua: & aer: & ignis a deo factus est. Quam callide periculum preteruolauit. Sic enim superius illud assumpsit tanquam probatione non indigeret: cum id multo esset incertius: quam illud propter quod assumptum est. Si non est inquit a deo facta mater: nec mundus a deo factus est. Ex falso maluit colligere quod falsum est: quam ex uero quod uerum. Et cum debeant incerta de certis probari: hic probationem sumpsit ex incerto ad euerendum quod erat certum. Nam diuina providentia effectum esse mundum: ut taceam de maximo Trismegisto qui hoc predicat. Taceam de carminibus Sibyllarum: quae idem nunciant. Taceam de prophetis: quae opus mundi & officium dei uno spiritu ac pari uoce testantur. Etiam inter philosophos uel ne uniuersos conuenit. Idem etiam pythagorici: stoici: periphetici: qui fuerunt principales omnium disciplinarum. Denique a primis illis septem sapientibus: uti a Socrate usque ad platonem per confessionem etiam indubitato habitum est donec unus multis post seculis extitit delirus Epicurus qui auderet negare id quod est euidentissimum studio. scilicet inueniendi noua ut nomine suo constitueret disciplinam: & quia nihil noui potuit repere: ut tamen dissentire a ceteris uideretur: uetera uoluit euertere: in quo illum circulantibus philosophi omnes coarguerunt. Certius est igitur mundum providentia instructum: quam materam providentia conglobatam. Quare non oportuit putare: idcirco mundum non esse diuina providentia factum: quia mater eius diuina providentia facta non sit: sed quia mundus diuina providentia sit effectus: etiam materam esse factam diuinitus. Credibilis est enim materam potius a deo factam: quam deus omnia potest: quam mundum a deo non esse factum: quia sine mente ratione consilio nihil fieri potest. Vix haec non Ciceronis est culpa: sed sectae. Cum enim suscepisset disputationem qua deorum naturam tolleret: de qua philosophi garriebant: omnem diuinitatem ignorantiam ueri putauit esse tollendam. Itaque deos potuit tollere: quia non erant. Cum autem providentiam diuinam: quam est in uno deo conaretur euertere: quia contra ueritatem niti coeperat: sed deficientibus argumentis in hanc foueam necessario decidit: unde se extricare non posset. Hic ergo

illū teneo hērentē: teneo defixū: quo Lucilli⁹ q̄ cōtra dislerebat
obmutuit. Hic est ergo cardo reꝝ: hic uertūf oīa. Explic; se Cot
ta si pōt ex hac uoragine: pferat argumēta qb⁹ doceat semper
fuisse mām: quā nulla puidētia effecerit. Ostēdat quō q̄q̄ pōde
rosū & graue aut eē potuerit sine auctore: aut imutari ualuerit:
ac defierit eē qd' semp fuit: ut icipet eē qd' nūq̄ fuit. Quē si docue
rit tū demū assētiat ne mūdū qdē diuina puidētia cōstitutū: &
tñ sic assētiat: ut aliis illū laq̄is teneā. Eodē .n. quo nollet reuol
uef: ut dicat & mām de q̄ mūd⁹ ē: & mūdū q̄ de mā est nā exti
tisse: cū ego ipsam nām deū esse contendam. Nec enim potest fa
cere mirabilia: idest maxima ratione cōstantia: nisi qui habet mē
tem: prouidentiam: potestate: ita fiet: ut deus fecerit omnia: nec
quicq̄ esse possit omnino: quod nō originem a deo traxerit. At
idem quotiens Epicureus est: & nō uult a deo factū esse mundū
querere solet qb⁹ manibus: quibus machinis: quibus uectibus:
qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortasse si eo
tempore potuisset esse quo deus fecit. Sed ne perspiceret homo
dei opera: noluit eum inducere in hunc mundum nisi pfectis oī
bus sed ne induci quidem poterat. Quomodo enim subsisteret
cū fabricaretur desup cēlū: terra subter fundaretur: cum fortasse
humida uel nimis corporata rigorib⁹ concrederet: uel igneis ca
loribus incocta & solidata durederet? Aut quomō uiueret so
le nōdū instituto: nec frugibus ac animalibus natis? Itaq̄ necesse
fuit hominē postremo fieri: cum iam mundo ceterisq̄ rebus ma
nus summa esset iposita. Deniq̄ sancte littere docent hominem
fuisse ultimū dei opus: & sic inductū fuisse in hūc mūdū: quasi
in domū iā paratā & instructā. Illius enim causa facta sunt oīa.
Idem etiā poetę fatentur. Ouidius perfecto iā mundo & uniuer
sis animalib⁹ figuratis hoc addidit. Sancti⁹ his aīal mentisq̄ ca
patius alte: Deerat adhuc: et quod dominari in cetera posset. Na
tus homo est: a deo nefas extimandum est ea scrutari q̄ deus uo
luit eē celata. Vex ille non audiendi aut discendi studio require
bat: sed refallēdi q̄ cōfidebat neminē id posse dicere. Quasi ue
ro ex hoc putādū sit nō esse hęc diuinit⁹ facta: q̄ quō scā sint nō
pōt puideri. An tu si educat⁹ i domo fabrefacta & ornata nullā
unq̄ fabricā uidiffes: domñ illā putasse nō ab hoīe eē edificatā:
q̄ quō edificatur ignorares. Idem profecto de domo quēderes

quod nūc de mundo regis: qbus manib⁹ qb⁹ ferramētis homo
tāta eēt opa molit⁹: maxie si saxa īgentia: imēsa cemēta: uastas co
lūnas opus totū sblime & excelsū uideres. Nōne hęc tibi huma
naz uiriū modū uiderēt excedere: q̄ illa nō tā uiribus q̄ rōe atq̄
artificio facta eē nescires: q̄ si hō q̄ nihil pfectū est tñ plus efficit
rōe q̄ uires ei⁹ exigue patiāt: qd ē cur īcredibile tibi eē uideat: cui
mundus dicit⁹ fact⁹ a deo: in quo q̄ pfect⁹ est nec sapiētia potest
habere terminum: nec fortitudo mensuram! Opera ipsius uiden
tur oculis quomodo aut illa fecerit nec mēte qdem uidētur: q̄ ut
Hermes ait mortale immortalī temporale perpetuo: corruptile
incorrupto propinquare non pōt: idest ppius accedere & intelli
gentia subsequi. Et ideo terrēnum adhuc animal rez cęlestium p
fectionē nō capit: quia corpore quasi custodia septus tenet: quo
minus soluto ac libero sensū cernat oīa. Sciat igit q̄ inepte faciat
qui res inenarrabiles querit: hoc est enī modum conditionis sue
tñsgredi: nec intelligere quousq̄ homini liceat accedere. Deniq̄
cū aperiret homini ueritatē deus ea sola scire nos uoluit: que in
fuit hominē scire ad uitā consequendam. Que uero ad curiosas
& pfanā cupiditatem pertinebāt reticuit ut arcana essent. Quid
ergo queris que nec potes scire! Nec si scias beator fias. Perfecta
est in homine sapiētia: si & deū eē unū: & ab ipso eē facta uniuersa
cognoscat.

Capitulū. x. Quod deus quatuor elementa distinxit & qua
tuor qualitates: & quatuor tempora: & q̄ ex calore & humore
fit uita: & quare homines igne: cętera animalia aqua magis utant

n Vnc quoniam refutauimus eos qui de mundo & factore
eius deo aliter sentiūt q̄ ueritas habet: ad diuinam mundi
fabricā reuertamur: de qua in arcanis sanctę religionis litteris tra
ditur. Fecit igitur deus p̄mū oīum cęlum: & in sblime suspēdit
quod esset sedes ipsius dei conditoris. Deinde terrā fundauit ac
cęlo subdidit: quā homo cum cęteris animalū generibus incole
ret. Eā uoluit humore circūflui & cōtineri: suūq̄ uero hitaculu;
distixit claris luminib⁹: & impleuit sole. s. lunęq̄ orbe fulgenti &
astroꝝ micatiū splēdētib⁹ signis adornauit: tenebras aut q̄ ē his
cōtrarium cōstituit in terra. Nihil enim per se continet luminis
nisi accipiat a cęlo: in quo posuit lucem perennem: & superos et

uitam perpetuā. Et cōtra in terra tenebras & inferos & mortem.
Tanto enī hęc ab illis superiorib⁹ distāt: quantū mala bonis & uirtutib⁹. Ipsi⁹ quoq; terrę binas partes contrarias inter se diuersasq; cōstituit. s. oriētē occidētemq;: ex qbus oriēs deo accēsetur: q; ipse luminis fons & illustrator est reꝝ: & qd' oriri nos facit ad uitā sempiternā. Occidēs autē cōturbatę illi prauęq; menti ascribit: qd' lumē abscondat: qd' tenebras semp inducat. Et quod homines faciat occidere atq; iterire peccatis. Nā sicut lux oriētis est: in luce autē uitę ratio uersat: sic occidētis tenebrę sunt. In tenebris autem mors & interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est meridiem ac septentrione;: quę partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim quę est solis calore flagrantior: proxima est & cohęret orienti. At illa quę frigiditas & perpetuo gelu torpet: eiusdem est cuius extremus occasus. Nam sicut contrarię sunt lumini tenebrę: ita frigus calori: ut igitur calor lumini est proximus: sic meridies orienti ut frigus tenebris: ita plaga est septentrionis occasui. Quibus singulis partibus suum tempus attribuit: Ver scilicet orienti: Aestatem meridionali plage: Occidentis autumnus est: Septentrionis hibernus. In his quoq; duabus partibus meridionali & septentrionali figura uitę & mortis continetur: quia uita in calore est: mors in frigore. Sicut autem calor ex igne est: ita frigus ex aqua. Secundū hęc partiū dimēsiōnē diem quoq; facit ac noctem: quę spatia et orbis tempoꝝ perpetuos ac uolubiles quos uocam⁹ annos alterna per uices successionē cōficiant. Dies quem p̄m⁹ oriēs s̄bmini frat: dei sit necesse est: ut omnia quęcūq; meliora sunt. Nox autē quam occidens extremus inducit: ei⁹ scilicet quē dei esse emulū diximus. Quę duo etiā in hoc p̄scius futurorum deus fecit: ut ex his & uerę religionis: & falsę superstitionis imago quędam ostenderet. Nam sicut sol qui oritur in diem licet sit unus: unde solem esse appellatū Cicero uult uideri: q; obscuratis sideribus solus appareat: tamen q; ueꝝ ac perfectę plenitudinis lumē est: et calore potissimo: & fulgore clarissimo illustrat omnia: ita in deo licet sit unus: & maiestas & uirtus & claritudo perfecta ē. Nox autem q̄ prauo illi Antitheo dicimus attributam eius ipius multas & uarias religiones per similitudinem demonstrat. Quāuis enī stelle innumerabiles micare ac radiare uideant: tamē quia nō

sunt plena ac solida lumina nec caloris pferūt quicq̄: nec tenebras
multitudine sua uincunt. Duo igit̄ illa p̄ncipalia inueniunt̄: q̄ di
uersam & cōtrariā sibi habēt pt̄atem: calor & humor: quę mira
bilit̄ deus ad sustētāda & gignēda oīa excogitauit. Nā cū uirt̄
dei sit in calore & igni: nisi ardorē uimq; ei⁹ admixta humoris
ac frigoris mā tempasset: nec nasci quicq̄: nec coherere potuisset
qn̄ statī cōflagratiōe iteriret: quicqd̄, eē coepisset. Vñ phi quidā
& poetę discordi cōcordia mundū cōstare dixerūt: sed rōnem
penitus non uiderūt. Heraclius ex igne nata esse oīa dixit. Tales
Milesius ex aqua. Vterq; uidit aliquid: sed errauit tamē uterq;:
quod alterutrum si solum fuisset: neq; aqua nasci ex igne potuisset:
neq; rurius ignis ex aqua: sed est uerius simul ex utroq; p̄mi
xto cuncta generari. Ignis quidem permisceri cum aqua non po
test: quia sunt utraq; inimica: & si cōminus uenerint: alterutrum
quod superauerit conficiat alterum necesse est: sed eorum substā
tię permisceri possunt. Substantia ignis calor est: aque humor.
Recte igitur Ouidius. Quippe ubi temperie; sūpsere humorq;
calorque concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus. Cumq;
sit ignis aque pugnax uapor humidus oīs: Res creat & dilcors
cōcordia foetibus apta est. Alterum enim quasi masculinum ele
mentum est: alterū quasi foemininum: alterum actiuū: alterum
patibile. Ideoq; a ueteribus īstitutum est: ut sacramento ignis et
aque nuptiarum foedera sanciantur: quod foetus animantium
calore & humore corporentur: atq; animentur ad uitam. Cum
enim constet omne animal ex anima & corpore: materia corpo
ris in humore est: animę calore. Quod ex auium foetibus datur
scire: quos crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit: nec
humor potest corporari: nec corpus animari. Exulibus quoq;
ignis & aqua interdici solebat. Adbuc enī uidebatur nefas: quīs
malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igit̄
usu earum rez: quibus uita cōstat hominum: perinde habebatur
ac si esset qui eam sententiam exceperat morte mulctatus. Adeo
īsta duo elemēta prima sunt habita: ut nec ortum hominis: nec si
ne his uitam crediderūt posse constare. Horū alterū nobis com
mune est cū ceteris animantibus: alteru; soli homini datū. Nos
enī quoniā celeste atq; īmortale animal sum⁹: igne utimur: q no
bis ī argumētū īmortalitatis dat⁹ est: qm̄ ignis e celo ē: cuius nā

q̄ mobilis est: & sursum nititur: uitę continet rationem. Cętera uero aialia q̄m tota sunt mortalia: tantūmodo aqua utuntur: qđ est elementū corporale atq; terrenū: cuius nā q̄ mobilis ē: ac deorsuz uergēs: figurā mortis oñdit: iō pecudes neq; ī celū suspiciunt: neq; religiones sentiūt: q̄m ab his usus ignis alienus est. Vñ aut uel q̄o deus hęc duo p̄ncipalia: ignem & aquā uel accēderit uel eliquauerit: solus scire potest qui fecit.

Capitulū. xi. Quod creato mundo facta animalia ppter homines sunt: & tandem homo ipse. Et qđ sit q̄ poetę finxerunt Deucalionem homines reparasse: Et q̄ Aristoteles fallum putauit mundum esse ęternum. Et quę sunt tres partes.

Onsumato igitur mundo: animalia uarij generis diffimilibus formis: & magna & minora uti fierent impauit. Et facta sunt bina: idest diuersi sexus singula: ex quorum foetibus & aer: & terra: & maria completa sunt. Deditq; his omnibus generatim deus alimenta de terra: ut usui esse hominibus possent. Alia nimirum ad cibos: alia uero ad uestimentum. Quę aut magnę sunt uiriū: ut in excolēda terra iuuarent: unde dicta sunt iumenta: ita rebus omnibus mirabili descriptiōe cōpositis: regnū sibi ęternum parare constituit: & innumerabiles animas pcreare quib; immortalitatem daret. Tum fecit ipse sibi simulachrum sensibile atq; itelligens: idest ad imaginis suę formam: qua nihil potest esse perfectius: homine; figurauit ex limo terre: unde homo nuncupatus est: q̄ sit factus ex humo. Deniq; Plato humanā formā; theoi. dē esse ait. Et Sibylla quę dicit. *εικων εστ αρω ποσ εμνη λοτον ορθον εχουσα.* i. imago est homo mea rationem rectam habens. De hac hominis fictione poetę quoq; quāuis corrupte: tamen non aliter tradiderūt. Nāq; hominē de luto a Prometheo factum eē dixerunt. Res eos non fefellit: sed nomē artificis. Nullas enim litteras ueritatis attigerāt: sed quę pphetarum uaticinio tradita in sacrario dei continebant: ea de fabulis & obscura opinione collecta & deprauata ut ueritas a uulgo solet uariis sermonibus dissipata corrumpi: nullo addente aliqd aliud quod audierat carminibus suis cōprehenderūt. Et h̄ qđ ē inepte q̄ tā mirabile: tamq; diuinū opificiū homini dederūt. Quid. n.

opus fuit hominem de luto fingi: cum posset eadem ratione generari qua ipse Promoethus ex Iapetho natus est. Qui si fuit homo generare hominem potuit: facere non potuit. De diis autem illum non fuisse poena eius in caucaso monte declarat. Sed neque patres ipsius Iapethum: patrumque Thetana qui quos deos nuncupauit: quod regni sublimitas penes Saturnum solum fuit: per quam diuinos honores cum omnibus suis posteris consecutus est. Multis argumentis hoc figmentum poetarum coargui potest. Factum est diluuium: ad perdendam tollendamque ex orbe terrae maliciam constat inter omnes. Idem enim & philosophi poetarumque scriptoresque rerum antiquarum loquuntur: in eo maxime cum prophetarum sermone consentiunt. Si ergo cathaclismus a deo ideo factus est: ut malicia: quae per nimiam multitudinem increuerat perderetur: quanto fictor hominis Promoethus fuit: cuius filium Deucalionem iudem ipsi ob iustitiam solum esse dicunt seruatum? Quomodo unus gradus & una progenies orbem terrae tam celeriter potuit hominibus implere? Sed uidelicet hoc quoque sic corruerunt: ut illud superius: cum ignorarent in quo tempore cathaclismus sit factus in terra: & quis ob iustitiam meruerit genere humano pereunte saluari: & quomodo aut cum quibus seruatus sit: quae omnia prophetice litterae docent. Apparet ergo falsum esse quod de opificio Promoethi narrat. Vix quod poetas dixeram non omnino mentiri solere: sed figuris inuoluere & obscurare: quae dicant non dico esse mentitos: sed primum omnium Promoethum simulacrum hominis formasse depingi & molli luto. Ab eoque natae esse primo artem statuas & simulacra fingendi. Siquidem Iouis temporibus fuit: quibus primum templa constitui & noui deorum cultus esse coeperunt: sic ueritas facta mendacio est: & illud quod a deo factum ferebatur homini qui opus diuinum imitatus est coepit ascribi. Ceterum fictio ueri ac uiui hominis e limo dei est: quod Hermes quoque tradidit: quod non tantum hominem ad imaginem dei factum esse dixit a deo: sed etiam illud explanare tentauit: quae subtili ratione singula quaeque in corpore hominis membra formauerit: cum eorum nihil sit quod non tantumdem ad usus necessitate: quantum ad pulchritudinem ualeat. Id uero etiam stoici cum de prouidentia dixerunt facere conantur: & secutos eos Cicero pluribus quidem locis: sed tamen materiam tam copiosam & uberem strictim contigit: quam ego nunc idcirco praetereo: quae

nuper proprium de ea re librū ad Demetrianū auditorem meū
scripsi. Illud b̄ loco p̄terire nō possū: q̄ errātes philosophi qdā
aiunt hoīes ceteraq; aīalia sine ullo artifice orta esse de terra. Vñ
illud uirgilianū ē. Terrea p̄genies duris caput extulit aruis. Et hi
maxie fuerūt ī ea sn̄ia: q̄ esse p̄uidētiā negāt. Nā stoici aīantium
fabricā diuine solertię tribuūt: Aristoteles autē labore se ac mole
stia liberauit dicens semp̄ fuisse mūdū. Itaq; & hūanū genus &
cetera que in eo sunt initium nō habere: sed fuisse semp̄: ac semp̄
fore. Sed cum uideamus singula queq; aīalia que añ non fuerunt
incipere esse & esse desinere: necesse est totum genus aliquando
eē coepisse: aliquādo desinituz esse q̄ coepit. Omnia enim trib⁹
temporib⁹ contineri necesse est: p̄terito: p̄senti: futuro. P̄teri
ti est origo: p̄senti s̄stātia: futuri dissolutio. Que omnia in
singulis hominibus apparent: & incipim⁹ enī cum nascimur: &
sumus cum uiuimus: & desinimus cum interimus. Cloto colu;
baiulat Lachesis trahit: Atropos ocaet. Vñ etiā tres parcas eē uo
luerunt: unā que uitā hominibus ordiat: alterā q̄ cōtexat: tertiā
que rumpat ac finiat. In toto autē genere hominum: q̄ solum p̄
sens tempus apparet: ex eo tamen & p̄teritum: idest origo col
ligit: & futuz idest dissolutio. Nam quoniam ē: apparet aliqñ
coepisse: esse. n. nulla res sine exordio potest: et q̄ coepit apparet
quandoq; desitura. Nec enī potest id totū eē immortale: quod
ex mortalibus constat. Nā sicut uniuersi per singulos interimus
fieri potest: ut aliquo casu omnes simul: uel sterilitate terraruz: q̄
accidere uel p̄ticularim soler: uel pestilentia ubiq; diffusa: que sin
gulas urbes atq; regiones plerūq; popula: uel incendio in orbe;
misso: quale iā fuisse s̄ Phētonte dicit: uel diluuiio aquaruz: qua
le sub Deucalione traditur: cum p̄ter unum hominem genus
omne deletum est. Quod diluuium si casu accidit: profecto po
tuit accidere: ut & unus ille qui superfuit interiret. Si autem diui
ne p̄ouidentie nutu: quod negari non potest: ad reparandos ho
mines reseruatus est: apparet in dei potestate esse: uel uitā uel ite
ritū generis humani. Quod si uult potest accidere in totū: q̄ p̄
partes occidit: apparet aliquando esse ortum: & fragilitas ut ini
tium: sic declarat & terminum. Que si uera sunt: non potuit de
fendere Aristoteles: quo minus habuerit & mūdus ip̄e p̄ncipiū.
Quod si Aristoteli Plato & Epicurus extorquet: & Platoni &

Aristoteli qui semp fore mundum putauerūt: licet sint eloquentes: in gratis tamen idem Epicurus eripiet: q̄ sequit̄ ut habeat & finē. S; hęc ī ultio libro plurib⁹: nūc ad hoīs originē recurram⁹.

Capitulū. xii. Quod nō de terra uel sp̄. onte nata sunt animalia: sed dispositione diuina: cui⁹ fecisset de⁹ nos cōscios si scire expediret.

a Iunt certis cōuersionib⁹ cęli: & astroꝝ motib⁹ maturitatē quādā extitisse aīaliū serēdoꝝ. Ita q̄ terrā nouā semē genitale retinētē: folliculos ex se quosdā ī uteroꝝ similitudinē ptulisse. De qb⁹ Lucreti⁹. Crescebāt uteri terrā radicib⁹ apti. Eos q̄ cū maturassēt nā cogēte ruptos: aīalia tenera pfudisse. Deinde terrā ip̄am hūore quodā q̄ eēt lacti similis exuberasse: eo q̄ alimento aīantes eē nutritos. Quō aut̄ uim frigoris aut calor̄is ferre aut uitare potuerūt: aut omnino nasci cum sol exureret: frigus abstringeret. Nō erant inqunt in principio mundi hyems nec ęstas: sed p̄petua tempies et uer̄ ęquabile. Cur ergo nihil hoꝝ fieri etiā nūc uidemus: q̄ semel fieri necessarium fuit: ut animalia nascerētur. Postq̄ uero eē coeperūt: concessa his facultate generādi: & terra parere desit: & temporis conditio mutata est. O q̄ facile est mendacia redarguere. Primū q̄ nihil pōt esse in hoc mundo: qđ non sic permaneat ut coepit. Nec enim sol & luna & astra tunc non erant: aut cū essent meatus nō habebāt: aut nō diuina moderatio quę cursus eoꝝ temperat & gubernat cū ip̄is simul coeperit. Deinde (q̄ si ita sit ut dicūt) p̄uidētiam eē necesse ē: & in idipsum īcidūt quod maxime fugiūt. Nōdū enī natis aīalibus aliq̄s utiq̄ p̄uidit ut nascerent̄: ne orbis terre desertus aut incultus horrēt. Vt autē de terra sine officio parentum nasci possent: necesse est magna rōe esse p̄uisum. Deinde ut humor ille concretus de terra in uarias imagines corpoꝝ fingereē. Itē ut e folliculis qb⁹ tegebātur accepta uiuēdi sentiēdiq̄ rōe: tanq̄ ex aluo matrū p̄funderentur: mira inexplicabilisq̄ p̄uisio est. Sed putemus id quoq̄ casu accidisse: illa certe quę sequūt̄ fortuita eē nō possūt: ut terra cōtinuo lacte manaret: ut aeris temperies eēt ęqlis: q̄ si cōstat idcirco eēt facta: ut aīalia recēter edita ul' haberēt alimētū: ul' nō haberent piculū: necesse ē ut aliq̄s diuina nescio q̄ rōe p̄uiderit. Quis autē pōt prouidere nisi deus! Videamus tamen an idipsum quod dicitant fieri potuerit: ut hoīes nascerentur e terra. Si consideret

aliquis quod diu & quibus educet infans: intelliget perfectio non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit enim necesse quod pluribus mensibus iacere precor: donec confirmatis nervis mouere se: locumque mutare possent: quod uix intra unius anni spatium fieri potest. Iam uide ut ne infans eodem modo & eodem loco quod effusus iacet per multos menses ualuerit: an non humore illo terre quod alimentum gratia ministrabat: & sui corporis purgamentis in unum mixtis: obrutus corruptusque moreretur. Itaque nullo modo fieri potest: quoniam ab aliquo fuerit educatus: nisi forte animalia omnia non tenera nata sunt: sed ex creta quod ut dicerent nunquam uenit illis in mentem. Omnis ergo illa ratio impossibilis & uana est: si tamen ratio dici potest: qua id agitur ut nulla sit ratio. Qui enim dicit omnia sua sponte esse nata: nihilque diuine prouidentie tribuit: hic profecto rationem non asserit sed evertit. Quod si neque fieri quicquam sine ratione neque nasci potest: apparet diuinam esse prouidentiam: cuius est proprium quod dicitur ratio. Deus igitur reum omnium machinator fecit hominem: quod Cicero quis expertus celestium litterarum uidit tamen: quod libro de legibus primo hoc idem tradidit: quod prophete cuius uerba subiici. Hoc animal prouidum: sagax multiplex: acutum memor: plenum rationis & consilii: quem uocamus hominem preclara quadam conditione generatum esse a summo deo solus. Est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis & cogitationis: cum cetera sint omnia expertia. Vides ne hominem quamuis longe a ueritatis noticia remotum: tamen quoniam imaginem sapientie tuebatur: intellexisse non nisi a deo hominem potuisse generari: sed tamen diuinis opus esse testimonijs ne minus humana sufficiant. Sibylla hominem dei opus esse testatur: ὁσ μόνος ἐστὶ θεός κτιστὴς ἀκράτητος ὑπάρχων αὐτός Δὲ ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε αὐτός ἐμίξε φύσιν πάντων τῆν ἑβιοτόιο. i. qui solus est deus creator liber ipse autem statuit figuram forme homini. Ipse miscuit naturam omnium in generatione uite. Eadem tamen sancte littere continent. Deus ergo ueri patris officio functus est: ipse corpus effinxit: ipse animam quam spiramus infudit: illius est totum quicquid sumus. Quomodo id effecerit si nos oporteret scire docuisset: sicut docuit cetera que cogitatione nobis & pristini erroris & ueri luminis attulerunt.

Ca. xiiij. Quare duo sexus mundi minoris idest hominis: & quod sit mors eius prima: quod secunda: & de primo paratum culpa & poena.

Vm ergo marem ad similitudinē suā primū finxisset: tuꝝ
etiā foeminā cōfigurauit ad ip̄ius hominis effigiē: ut duo
īter se pmixti sexus: p̄pagare sobolē possent: & omnē terrā mul
titudine op̄plere. In ip̄i⁹ aut̄ hōis fictiōe illarū duarū materiaꝝ:
quas īter se diximus eē cōn̄rias: ignis & aqua cōclufit p̄fecitq; rō
nem. Fictio enī corpore spirauit ei animā de uitali fonte spirit⁹
fui: qui est perennis ut ip̄ius mūdi ex cōn̄rijs cōstātis elemētis si
militudinē gereret. Constat enī ex anima & corpore: idest quasi
ex cēlo & terra: quādo qdē anima qua uiuimus uelut e cēlo oriē
a deo corpus e terra: cui⁹ e limo diximus esse formatum. Empe
docles quē nescias utrum ne inter poetas an īter philo sophos nu
meres: q; de rerum natura uer̄ sib⁹ scripsit: ut apud romanos Lu
cretius & Varro quatuor elemēta cōstituit: idest ignē: aerē: aquā
et terrā: fortasse Trismegystum secutus q; nostra corpora ex his
quatuor elementis constituta esse dixit a deo. Habere nāq; in se
aliquid ignis: aliquid aeris: aliquid aquę: aliquid terrę: & neque
ignem esse: neq; aerem: neq; aquam: neq; terram: quę quidem fal
sa non sunt. Nā terrę ratio in carne est: humoris in sanguīe: aeris
in spiritu: ignis in calore uitali: sed neq; sanguis a corpore fecer
ni pōt: sicut humor a terra: neq; calor uitalis a spiritu: sicut ignis
ab aere: adeo rerum omnium duo sola reperiunt̄ elementa: quo
rum omnis ratio in nostri corporis fictiōe cōclusa est. Ex rebus
igit̄ diuersis ac repugnantibus homo factus est sicut ipse mūd⁹
ex luce ac tenebris: ex uita & morte: quę duo īter se pugnare in
homine p̄cepit: ut si anima supauerit: quę ex deo oriē sit īmor
talis: & in p̄petua luce uer̄setur. Si aut̄ corpus uicerit aīam ditio
niq; subiēcerit: sit in tenebris sempiternis & in morte: cuius non
ea uis est ut iniustas aīas extinguat oīo: sed ut puniat in ēternum.
Eā poenā secundā mortē noiāmus: q; est & ipsa p̄petua: sicut &
īmortalitas. Primā sic diffinim⁹. Mors est naturę aīantiū dissol
utio: uel ita. Mors ē corporis aīęq; seductio. Secundā uero sic.
Mors est ēterni doloris p̄pessio: uel ita. Mors ē aīaru; p̄ meritis
ad ēterna supplicia dānatio. Hęc mutas pecudes nō attingit: q̄rū
aīę nō ex deo cōstātes: sed ex cōmuni aere morte soluunt̄. In hac
igit̄ societate cēli atq; terrę: quoꝝ effigies ī hōie exp̄ssa ē: sup̄iorē
ptē tenent ea q; sūt dei: aīa. s. quę dominium corporis habet: in ē
riorem autem ea quę sunt diaboli. Corpus utiq; quod q; terrēnū

est: anime debet esse subiectum: sicut terra celo. Est enī terra quasi
 uasculū quo tanq̄ domicilio temporali hic spirit⁹ celestis utat̄.
 Vtriusq; officia sūt: ut hoc qd' ē ex celo & deo īperet: illud uero
 qd' ex terra ē: diabolo seruiat. Qd' qdē nō fugit hōiey: neq; Salu
 stiū q ait. Sed oīs nra uis ī aīo et corpore sita ē: animi īperio: cor
 poris seruitio magis utimur: recte si ita uixisset ut locutus ē. Ser
 uiūt. n. foedissimis uoluptatib⁹: suāq; ipse sentētiā uite prauitate
 dissoluit. Qd' si aīa ignis ē (ut ostēdimus) ī celū debet eniti sicut
 ignis ne extinguat̄: hoc ē ad immortalitatē q̄ in celo ē. Et sicut ardē
 ac uiuere nō pōt ignis: nisi aliqua pingui mā teneat̄ ī qua habeat
 alimentū: sic anime materia: & cibus est sola iusticia: q̄ tenet̄ ad
 uitā. Post hęc deus hōiem qua exposui rōe generatū posuit ī pa
 diso. i. in horto fecū dissimō & amoenissimo: quē ī p̄tib⁹ orien
 tis omni genere ligni arborūq; cōseruit: ut ex earū uarijs fructibus
 aleretur: expersq; omniū laboꝝ deo patri sūma deuotione serui
 ret. Tum dedit ei certa mādata q̄ si obseruasset: immortalis ma
 neret: si transcendisset: morte afficeret̄. Id aut̄ p̄ceptum fuit: ut
 ex arbore una: quę fuit in medio paradisi non gustaret: ī qua posu
 erat intelligentia; boni & mali. Tū crimator ille inuidens ope
 ribus dei: oēs fallacias & calliditates suas ad decipiēdū hominē
 itendit ut ei adimeret immortalitatē: et p̄mo mulierē dolo illexit:
 ut uetitū cibū sumeret: & p̄ eā ipi quoq; homini p̄suasit: ut t̄iscē
 deret dei legē. Percepta igit̄ sciētia boni & mali: pudere eū nudi
 tatis suę coepit absconditq; se a facie dei: quod antea non solebat.
 Tū deus sentētia in peccatores lata eięcit hominē de paradiso: ut
 uictū sibi labore cōquireret: ipsūq; paradisū igni circūuallauit:
 ne hō posset accedere: donec summum iudiciū faciat in terra: &
 iustos uiros cultores suos in eūdē locū reuocet morte sublata: si
 cut sacrę l̄ę docēt & Sibylla erithręa cū dicit. οἱ Δέ θόν τιμῶν
 τεσ ἀλιθινόν ἀένχόν τε ζωήν κληρονομοῦσι τόν αἰῶνος
 χρόνον αὐτοί οἰκούντες παρά Δεισόν ἐριθηλέα κήπον
 Qui autem deum honorant uerum: sapientiam utiq; uitam hę
 reditario iure possident sc̄culi tempus ipsi habitantes ad para
 di sum similiter florentissimum hortum. Verū quoniā hęc extra
 nea sūt tota in eāne operis hui⁹ parte tractabimus. Nūc ea quę
 p̄ma sūt explicemus. Mors itaq; secuta est hōiey: secūdū dei sniāz
 qd' etiā Sibylla ī carmie suo doc; dicēs. ἀνθρωπον πέπλᾶσθαι

θεόν παλάμαισ' ὄν καὶ πλάνησεν ὄφισ' Δολίωσ' ἐπιμοί
ραν ἀνελεθῆνι τούθανάτου γνῶσιν τε λαβεῖν ἀταθοῦ τε κα
κοῦτε. i. hoīem factū dei manib⁹ quē & seduxit serpēs dolose
ad fatū ascēdere mortis: notionēq; boni & mali hoīem plasma
tam dei ipi⁹ palmis: quē dolis fefellit serpēs: ut uim mortis icur
reret: & sciētīā accipē boni & mali. Sic scā hōis uitā ē: & p oēm
sciētīā publicatū: cū Varro nō ignoraret argumētari nixus est:
cur putarēt antiq mille ānos uictitasse. Ait enī apud egyptios p
annis mēses haberi: ut nō solis p duodeci signa circuit⁹ faciat an
num: sed lunā q orbē illū signiferū, xxx. dierum spatio lustrat:
quod argumentum perspicue falsum est. Nemo enim tunc mille
simum annum transgressus est. Nunc uero qui ad centesimū per
ueniunt: quod fit sepissime: mille certe ac ducentis mensibus ui
uunt. Et auctores idonei tradūt ad cētū. xx. annos pueniri solē.
Sed q; ignorabat Varro cur aut quādo uita hōis esset diminuta
ipse diminuit cū sciret mille & cccc. mētib⁹ posse uiuē hominē.

Capitulū. xiiiij. Quod nō Liber pater fuit inuentor uini: sed
Noe post diluuium. Et quē fuerit origo gentium. Et qui primi
habuerint scientiam astrorum & ignorantiam dei.

Eus aut postea cum uideret orbem terrē malitia & sceleri
bus oppletum: statuit humanū genus diluuiō perdere: sed
tamen ad multitudinem repandam delegit unū: quod corruptis
omnibus quod singulare iustitiē superat exemplum. Hic cū sex
centoꝝ eēt annorum: fabricauit arcam sicut pꝛecepserat ei deus: in
qua ipse cum cōiuge ac tribus filiis totidēq; nurib⁹ referuatus est
cum aqua uniuersos montes altissimos operuisset. Deinde orbe
ficcato execratus in iustitiā pꝛis sēculi deus: ne rursus lōgītudo
uite cā eēt excogitandoꝝ maloꝝ: paulatī p singulas progenies di
minuit hominis etatē: atq; in centū et. xx. annis metā collocauit:
quam transgredi non liceret. Ille uero cū egressus eēt ex archa: ut
sanctē litterē docēt: terrā studiose coluit: atq; uineā sua manu fe
uit. Vnde arguūtur q auctore uini Libeꝝ putant. Ille enim non
modo Liberum: sed etiā Saturnū atq; Vranū ml̄tis añcessit eta
tibus. Qua ex uinea cum pꝛmū fructum coepisset: letus factus bi
bit usq; ad ebrietatem: iacuitq; nudus: quod cum uidisset unus
ex filiis cui nomē fuit Cham: nō texit pꝛis nuditatē: sed egressus

etiā fratrib⁹ indicauit. At illi sumpto pallio intrauerunt auersis uultibus patrēq; texerūt. Quē cū facta recognouisset p̄r: abdica uit atq; expulit filium. At ille profugus in eius terrē parte con se dit: quē nunc arabia nominat. Ea q; terra de nomine suo chanaan dicta est: & posterius eius chananei. Hęc fuit p̄ma gens quē deum ignorauit: quoniā p̄nceps eius & conditor cultū dei a patre non accepit: maledict⁹ ab eo. Itaq; ignorantia diuinitatis minorib⁹ suis reliquit. Ab hac gente p̄ximi quiq; populi multitudine icre scente fluxerunt. Ipsi autem patris posterius hebrei dicti: penes quos religio dei refedit. Sed & ab his postea multiplicato in im mensum numero: cū eos angustiē locoꝝ suoꝝ capere nō possēt: tū adolefcētes uel missi a parentibus: uel sua sponte: cū rez penuria cogeret p̄fugi ad quērendas sibi nouas sedes huc atq; illuc di spersi: omnes in insulas et orbē totum repleuerūt: et a stirpe sanctę radice auulsi: nouos sibi mores atq; instituta p̄ arbitrio cōdide runt. Sed omniū p̄mi q̄ egyptū occupauerāt cęlestia suscipē atq; adorare coeperūt. Et q̄ domicilij non tegabantur propter aeris qualitatē: nec ullis in ea regione nubibus s̄btexiē cęlū: cursus s̄de rum & defectus notauerūt: dū ea sēpe uenerantes curiosius atq; liberius intuerentur. Postea deinde portentificas aīaliū figuras quas colerent cōmenti sunt q̄busdam p̄digiis īducti. Quorum mox auctores aperiemus: Ceteri autē qui per terram dispersi fue runt admirātes elementa mundi cęlum: solē: terram: mare: sine ullis imaginib⁹ ac templis uenerabant. Et his sacrificia in aperto celebrabāt: donec p̄cessu tempoꝝ potētissimis regib⁹ templa & simulachra fecerūt. Ea q; uictimis & odorib⁹ colere īstituerunt: sic aberrātes a notitia dei gētes eē coeperūt. Errant igit̄ q̄ deoꝝ cultus ab exordio rez fuisse cōtendūt: & p̄orē eē gentilitatem q̄ dei religionem: quā putāt posterius iuentā: q̄ fontē atq; originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

Capitulū. xv. De iniquatione angelorū: & duobus generi bus demonum: qui se perſuaſerūt ut deos coli: quos etiam fami liares philoſophi habuerunt ut Socrates.

erit p̄ma **V**m ergo numerus hominū coepisset icrescere: p̄uidēs de us ne fraudib⁹ suis diabol⁹: cui ab īt̄io dederat terrę ptātē

Sec: errata

Textu

Quarta

uel corrumperet uel disperderet hoīes: quod in exordio fecerat: misit angelos ad tutelā cultūq; generis hūani: qb⁹ p̄cepit añ omnia: ne terre cōtagione maculati sb̄statię celestis amittēt dignitatem. s. id eos facē p̄hibuit: qd' sciebat eē facturos: ut ueniā sperare nō possent. Itaq; illos cū hoīb⁹ cōmorātes: dominator ille terre fallacissim⁹ cōsuetudine ip̄a paulatī ad uicia pellexit: & mulierū cōgressib⁹ inq̄nauit. Tū ī cēlū ob peccata: qb⁹ se īmerferāt non recepti ceciderūt ī terrā: sic eos diabolus ex angelis dei suos fecit satellites ac ministros. Qui aut̄ sūt ex his p̄creati: q; neq; angeli neq; hoīes fuerūt: sed mediam quandā naturā gerentes: non sunt ad inferos recepti: sicut in cēlum parentes eorum: ita duo genera demonum facta sunt. Vnum celeste: alterum terrenum. Hi sunt immundi spiritus maloꝝ que gerunt auctores: quoꝝ idem diabolus est p̄nceps. Vñ Trimegystus illū demonarchen uocat. Demonas aut̄ grāmatici dictos aiunt: quasi *Δαίμονας*. idest peritos ac rerū scios. Hos aut̄ putant deos eē: sciunt illi quidem futura multa: sed nō omnia: quippe qb⁹ penitus cōsiliū dei scire nō liceat. Et ideo solent respōsa ī abiguos exit⁹ temperare. Eos poete & sciūt eē demonas & loquūtur. Hesiodus ita tradit. *τοῖ μὲν Δαίμονες εἰσὶ Διὸς μεγάλου Διάβουλάσ ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.* i. hi quide; demones sūt Iouis magni: p̄pter uoluptatem boni terrestris custodes mortaliū hominū. Quod iccirco dictus ē: quoniā custodes eos hūano generi de⁹ miserat: sed ip̄i cū sint pditores hominum: custodes tñ se uocari uolūt: ut ip̄i colant: & de⁹ nō colat. Philosophi quoq; de his dixerūt. Nā Plato etiā naturas eoꝝ ī simposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduū demona loquebat: q; puero sibi adhēsisset: cuius arbitrio & nutu sua uita regeret. Magorum quoq; ars omnis ac potentia horum aspiratōnibus constat: a quibus inuocati uisus hominū prestigijs obcecātib; fallunt: ut non uideant ea que sunt: & uidere se putēt illa q̄ non sunt. Hi (ut dico) spirit⁹ cōtaminati ac pditi per omnē terrā uagant: & solatium pditionis sue perdēdis hominib⁹ opantur. Itaq; omnia insidijs fraudib⁹ errorib⁹ complent. Adherent enī singulis hominibus: & oēs ostiatī domos occupāt: ac sibi genitorū nomē assumūt: sic enī latino sermone demonas interpretant. Hos in suis penetralibus cōsecrant. His quotidie profundunt: et

iciētes demonas uenerant: quasi terrestres deos: & q̄si depulso
res maloꝝ: q̄ ip̄i faciūt & irrogāt. Qui quoniā sūt spirit⁹ tenues
& icōphēbiles: īsinuāt se corporib⁹ hominū: & occulte ī uisce
rib⁹ operti ualitudinē uiciāt: morbos citāt: sōnijs aīos trēt: men
tes furorib⁹ quatiūt: ut hoīes his malis cogant ad eoꝝ auxilia de

currere

Capitulum. xvi. Quod hi pdesse putant cū nocere desinūt:
nec possūt aliqd ī eos q̄ in fide solidati sunt: sed sanctis s̄biecti:
eis tanq̄ seruis obediunt.

Varū omniū fallaciaꝝ ratio ex p̄tibus ueritatis obscura ē.

Prodesse enī eos putant: cum nocere desinunt: qui nihil ali
ud possunt q̄ nocere. Dicat fortasse aliquis colēdos esse ergo ne
noceant: si quidem possunt nocere. Nocent illi quidem: sed his
a quibus timentur: quos manus dei potens & excelsa non p̄tegit
qui p̄phani sunt a sacramento ueritatis. Iustos autē. i. cultores dei
metuūt: cuius nomine adiurati de corporibus excedūt: quorum
uerbis tanq̄ flagris uerberati: nō modo dēmonas eē se confitentē
sed etiam nomina sua edunt: illa quē in templis adorātur: quod
plerunq; coram cultoribus suis faciunt: non utiq; in obprobriū
religionis: sed honoris sui: quia nec deo per quē adiurantur: nec
iustis quorum uoce torquentur mentiri possunt. Itaq; maximis
sepe ululatus editis: uerberari se & ardere & iam iāq; exire p̄
clamant. Tantū habet dei cognitio ac iustitia p̄tatis: cui ergo no
cere possunt: nisi his quos habēt ī sua p̄tate. Deniq; affirmat eos
Hermes: q̄ cognouerūt deū: nō tātū ab icursionib⁹ dēmonū tu
tos eē: uerū etiam ne fato quidem teneri *μία φυλάκη ευσέβεια
ευσέβουσ γάρ ανθρωπου ουτε δαιμων κακος ουτε εμαρ
μενη κρατει θεος γαρ ρυεται τον ευσεβη εκ παντος κα
κου. το γαρ εν καιμονον εν ανθρωποισ εστιν αγαθον ευσε
βεια. i. una inquit custodia pietas. Pium enim homini est nec dē
mon malus: nec fatum tenet: nam deus liberat pium ab omni
malo: q̄ p̄iū unū & solū in omnib⁹ bonū est pietas. Quid sit
autē pietas: alio loco his uerbis testatur dicens. *η γαρ ευσέβεια
γνωσις εστι θεου. i. pietas notio est dei. Asclepius autē audi
tor eius eandem sententiā lati⁹ explicauit: ī illo sermone p̄fecto
quē scripsit ad regē. Vterq; uero dēmonas eē affirmat īmicos
& uexatores hoīum: quos iō Trismegystus angelos malignos**

appellat: adeo nō ignorāt ex cęlestibus deprauatos terrenos esse
coepisse

Capitulū. xvii. Quod hi astrologi amaruspicia et omnes
artes reprobas inuenerunt & persuaferunt cultum idolorum; per
miracula; & uarias fallaciarum tendiculas.

Orum inuenta sunt astrologia: & aruspicia: & auguratio
& ipsa que dicuntur oracula & necyomantia: & ars magi
ca & quicquid preterea malorum exercent homines: uel palas; uel
occulte: que omnia per se falsa sunt: ut Sibylla erithrea testatur.
ἐπεὶ πλάνη πάντα τὰ δέστικα ἄπερ ἀφρονες ἄνδρες
ἐρευνῶσι κατὰ ἡμᾶρ .i. quia error hec omnia sunt que stulti
homines scrutatur quotidie. Sed idē ipsi auctores presentia sua
faciunt: ut uera esse credantur. Ita hominū credulitatem mentita
diuinitate deludunt: quod illis uerum aperire non expedit. Hi
sunt qui imagines & simulachra fingere docuerunt: qui ut & ho
minū mētes a cultu ueri dei auerterent: & fictos mortuorum regū
uultus et ornatos exquisita pulchritudinē statui cōsecrariq; fecerūt:
& illorum sibi nomina quasi psonas induerūt aliquas: sed eos ma
gi & hi quos uere maleficos uulgius appellat: cū artes suas execra
biles exercent: ueris suis nominibus cient illis cęlestibus: que in
litteris sanctis leguntur. Hi porro incesti ac uagi spiritus: ut tur
bent omnia & errores humanis pectoribus offundunt: serunt
ac miscent falsa cum ueris. Ipsi enim cęlestes multos finxerūt eē
unūq; regē omniū Iouē: eo q̄ multi sunt spiritus angelorum i cęlo
& unus parens ac dominus omniū deus: sed ueritatē mentitis no
minibus iuolutam: ex oculis abstulerūt. Nā deus (ut in principio
docui) neq; nomine cum solus sit eget: neq; angeli cū sint imorta
les dici se deos aut patiuntur aut uolunt: quorum unū solūq; officiū
est seruire nutibus dei: nec omnino quicq; nisi iussu facere. Sic. n.
mundū regī a deo dicimus: ut a rectore prouintiam: cuius appa
ritores nemo socios esse in regenda prouintia dixerit: quis illo
rū ministerio res gerat. Et hi tñ possunt aliquid preter iussa recto
ris p̄ ipsius ignorantia: que est cōditionis humane. Ille aut p̄ses
mundi & rector uniuersi: qui scit omnia: cuius diuinis oculis ni
hil septū est: solus habet reum omniū cū filio suo patē: nec est in
angelis quicq; nisi parendi necessitas. Itaq; nullū sibi honorē tri
bui uolunt: quorum honor in deo est. Illi autem qui defierūt a dei

ministerio: quod sunt ueritatis inimici & pręuaricatores: dei nomē sibi & cultū deoꝝ uēdicare conāt: nō quo ullū honorem deī iderēt. Quis. n. honor pditis ē: Nec ut deo noceāt cui noceri nō potest: sed ut hominibꝰ quos nitūt a cultu & noticia uerę maiestatis auertē: ne immortalitatē adipisci possint: quā ipi sua neqtia perdidērūt. Offundūt itaq; tenebras: et ueritatē caligine obducunt. ne dominū: ne patrē suū norīt: & ut illiciāt facile: in tēplis se occultūt: & sacrificijs oībꝰ p̄sto adsūt. Edūtq; sępe pdigia: qbꝰ obstupefacti homines fidē cōmodēt simulachris diuinitatis ac numinis. Inde est quod ab augure lapis nouacula icifus est: & quod Iuno ueiensis migrare se romā uelle r̄ndit: quod fortuna muliebris piculum denūciauit: quod Claudię manū nauis secuta ē: quod ī sacrilegos et Iuno nudata: et Locrensis Proserpina: & Ceres Milesia uindicauit: & Hercules de Appio: & Iupiter de Atinio: & Minerua de Cęsare. Hinc quod serpēs urbē romā pestilētia liberauit Epidauro arcessitꝰ. Nam illuc demoniarches ipse ī figura sua sine ulla dissimulatōe perductꝰ est: si quidē legati ad eā rē missi draconē secum mirę magnitudinis attulerūt. In oraculis autē uel maxime fallūt quoꝝ p̄stigias p̄phani a ueritate itelligere non possunt: ideoq; ab illis attribui putāt: & ip̄eria: & uictorias: & opes: & euentus p̄speros reꝝ. Deniq; ipsoꝝ nutu sępe rēpublicā piculis iminentibus liberatam. Quę picula & reip̄nsis denunciauerūt: & sacrificijs placati auerterunt: sed omnia ista fallacię sunt. Nam cum dispositiones dei p̄sentiant: quippe qui ministri eius fuerunt: it̄erponunt se in his rebus: ut quęcūq; a deo uel facta sunt uel fuerūt ipsi potissimum facē aut fecisse uideāt. Et quotiēs alicui populo uel urbi secundum dei statutū boni quid impendet: illi se id facturos: uel pdigijs: uel s̄onijs: uel oraculis pollicēt: si sibi templa: si honores: si sacrificia tribuantur. Quibus datis cum illud acciderit: quod necesse est: summā sibi pariunt ueneratōem. Hic templa deuouētur: & nouę imagines cōsecrāt: maclāt greges hostiarū. Sed cū hęc facta sunt: nihilominꝰ tñ & uita & salus eoꝝ qui hęc fecerūt imolant. Quotiēns autē picula impendent: ob aliquā se ięptam & leuem causam p̄fitētur iratos: sicut Iuno Varroni: quod formosum puerum in templo Iouis ad exuias tenendas collocarat: & ob hanc cām romanū nomen apud Cannas pene deletum est: quod si Iuno alterū Ganymeden uerebatur: cur iuuentꝰ

romana luit poenas! Vel si dū tantūmodo duces curāt: ceteram
militudinē negligūt. Cur Varro solus euasit: q̄ b̄ fecit! Et Paul⁹
q̄ nihil meruit occisus ē! Videlicet nil tūc romanis accidit fatis
Iunonis iniq̄: cū Hanibal duos exercit⁹ populi romani & astu et
uirtute cōfecit. Nā Iuno audere nō poterat aut cartaginē defen-
dere: ubi arma ei⁹ & currus fuit: aut romanis nocē: q̄ p̄geniē tro-
iano a sanguine duci audierat: tiriā olī q̄ uerteret arces. Sed illo-
rū sūt isti lusus: q̄ s̄b̄ noībus mortuoz delitescētes uiuētib⁹ pla-
gas tēdūt. Itaq̄ siue illud piculū qd̄ iminet uitari pōt: uideri uo-
lūt id placati auertisse siue nō pōt: id agūt ut p̄p̄t illoz cōtēptū
accidisse uideatur. Itaq̄ sibi apud homines q̄ eos nesciunt aucto-
ritatē ac timorē pariūt. Hac uersutia & his artibus notitiam ueri
ac singularis dei apud oēs gētes iueterauerūt. Suis enī uiciis p̄di-
ti seuiūt & crassant ut p̄dāt. Iccirco etiā hūanas hostias excogi-
tauerūt: ip̄i hostes hūani generis: ut q̄mltas deuoraret animas.

Capitulum. xviii. Cur deus humano generi sic patiatur illudi.
Et q̄ tribus de causis uana est eorum religio.

Icet aliquis cur ergo deus hęc fieri patitur: nec tā malis suc-
currit erroribus: ut mala cum bonis pugnent: ut uicia sint
aduersa uirtutib⁹: ut habeat alios quos puniat: alios quos hono-
ret! Vltimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudi-
care: de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatō. Differt
ergo donec ueniat temporum finis: quo effundat iram suam in
potestate ac uirtute cęlesti: sicut uatum p̄dicta priorum terri-
bili monitu horrificant. Nunc autem patitur homines errare: &
aduersum se quoq̄ impios esse: ipse iustus & mitis & patiens.
Nec enim fieri potest: ut non is in quo perfecta sit uirtus: sit etiā
perfecta patientia. Vnde quidā putāt: ne irasci qd̄ deū omnino
q̄ affectibus qui sunt p̄turbationes animi s̄biect⁹ nō sit: q̄ fragi-
le ē oē animal: qd̄ afficit & cōmouetur. Quę persuasio ueritatē
atq̄ religionem funditus tollit. Sed seponatur interim locus hic
nobis de ira dei differendi: q̄ & uberior est materia: & opere p̄-
prio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spirit⁹ q̄ quis ue-
neratus fuerit & secutus: ne cęlo nec luce potiat: quę sunt dei: sed
in illis decidet q̄ in distributione rez attributa esse ip̄i malorū

principi disputauimus: in tenebras. s. & inferos: & in supplicium
sempiternum. Docui religiones deorum triplici ratione uanas esse. Vno
quod simulachra ipsa que colunt: effigies sint hominum mortuorum. Est
autem puerus & incongruus: ut simulachrum hominis a simulachro dei
colatur. Colit enim quod est deterius & imbecillius: Tunc inexpiabile facinus
est: desere uiuentem: ut defunctorum monumentis seruias: que nec uitam
nec lucem dare cuique possunt qua ipsi carent. Nec est alium quem deum
preter unum: cuius iudicio ac potestate omnis anima subiecta sit. Al
tero quod ipse imagines sacre: quibus inanissimi homines seruiunt:
omni sensu carent: quoniam terra sint. Quis autem non intelligat
nefas esse: rectum animal curuari ut adoret terram? Que idcirco
pedibus nostris subiecta est: ut calcanda nobis non adoranda sit:
qui sumus ideo excitati: & ex ea statum sublimem preter ceteras ani
mantes accepimus: ut non reuoluamur deorsum: nec hunc celestem
uultum praeiciamus ad terram: sed oculos eo dirigamus: quo illos
nature sue conditio direxit: nihilque aliud adoremus: nihil cola
mus: nisi solum artificis parentisque nostri unicum nomen: qui pro
pterea hominem rigidum figurauit: ut sciamus nos ad superna
& celestia prouocari. Tertio quod spiritus qui presunt ipsis religio
nibus: condonati & abiecti: adeo per terram uoluntur: qui non
tantum nihil prestare cultoribus suis possunt: quoniam rerum po
testas penes unum est. Vix etiam mortiferis eos illecebris & erro
ribus perdant: quoniam hoc illis quotidianum est opus: tenebras ho
minibus obducere: ne quatenus ab his uerus deus. Non igitur colendi sunt
que sententie dei subiacent. Est enim piaculum maximum abdicere po
testati eorum: quibus si iustitiam sequare potentior esse possis: &
eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. Quod si ap
paret religiones istas tot modis esse uanas: quibus docui: manife
stum est eos que uel mortuis supplicat: uel terram uenerant: uel spiri
tibus impuris animas suas mancipant rationem hominum non tenent: eosque impieta
tis ac sceleris sui supplicia persuros: que rebelles aduersus parentem ge
neris humani deum susceptis inexpiabilibus sacris fas omne uiolauerunt.

Capitulum. xix. Quod in cultu simulachrorum nulla potest esse
religio: nam a simulatione: id est a fallacia dicta sunt.

Viciumque igitur sacramentum hominis tueri: rationemque nature
sue nitentur optinere: ipse se ab humo suscitet & erecta mente

oculos suos tendat in cælū nō s̄ pedibus quærat deū : nec a uesti-
gijs suis eruat qd' adoret: q' qcqd hōi s̄biacet: iſra hoīez sit necesse
ē: sed q̄rat i s̄blimi: q̄rat i s̄ūmo: q' nihil pōt hōie mai' eē: nisi qd'
fuerit supra hoīez; de' aut maior ē hōie supra: ergo nō iſra ē. Nec
in ima poti': sed i s̄ūma regione q̄rend' ē. Quare nō ē dubium:
qn religio nulla sit: ubicūq; simulachrū ē. Nā si religio ex diui-
nis reb' ē: diuini aut nihil ē: nisi i cęlestib' reb'. Carēt ḡ religiōe
simulachra: q' nihil pōt eē cęleste in aere qd' sit ex terra. Qd' qdē
de noīe ip̄o apparere sapiēti pōt. Quicqd enī simulat: id falsum
sit necesse ē: nec pōt unq̄ ueri nomē accipere: qd' ueritatē fūco &
imitatōe mētitur. Si aut oīs imitatio nō res potissimū seria: sed
quasi ludus ac iocus est: non religio in simulachris: sed minus
religionis ē. Preferendum est igitur uerum omnib' falsis. Calcā-
da terrena ut cęlestia consequamur. Ita enī res se habet: ut q'sq;
animam suam cuius origo de cęlo est: ad iſerna & ima p̄straue-
rit: eo cadet quo se ipse deiçerit. Ideoq; oportet rōnis ac stat' sui
memorem: non nisi ad supna niti semp ac tendere. Quod qui fe-
cerit hic plane sapiens: hic iustus: hic hō: hic cęlo deoq; dignus
iudicabitur: quē suus parēs nō humilē: nec ad terrā more quadru-
pedū abiçctū: sed statē poti' ac rectū sicut eum fecit agnouerit.

Capi. xx. Breuis Epilogus quo docet gentibus superatis: si
bia philosophis grauius imminere certamen.

Eraçta est igit̄ ni fallor: magna & difficilis suscepti operis
portio: & maiestate cęlesti suggerēte nobis dicēdi faculta-
tem iueteratos depulimus errores. Nūc uero maior nobis ac dif-
ficilior cum philosophis p̄posita luctatio ē: quorum sūma do-
ctrina & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponit̄. Nam ut
illic multitudine ac prope cōsensu omniū gentiū p̄mebamur: ita
hic auctoritate p̄statiū omni genere laudis uiroz. Quis autez
nesciat plus esse momenti in pauciorib' doctis: q̄ in plurib' im-
peritis! Sed non est desperandū: istos quoq; de sententia deo ac
ueritate ducibus posse depelli. Nec tā pertinaces fore arbitror: ut
clarissimum solem sanis ac patētibus oculis uidere se negēt: mō
illud uerū sit: quod ipsi solēt profiteri studio iuestigādę uerita-
tis se teneri. Efficiā profecto: ut quęsitā ueritatē diu & aliqñ iuē
tam eē credāt: & hūanis ingenis inueniri non potuisse fateātur.